lactentes adeo puros exiſtimabant ad cibũ:ut etiam placandis numinibus hoſtiarũ uice uterentur iis
Genito mane catulo diuina fit:& i cœnis deorum etiamnum ponitur.catulina adiicialibus quidem
epulis celebrem fuiſſe.plauti fabulæ ſunt indicio:ſanguine canino contra toxica nihil præſtanti⁹ pu
tatur.uomitiones quoq; hoc animal monſtraſſe uidetur.& alios uſus ex eo mire laudatos referemus
ſuis locis.nunc ad ſtatutũ ordinem pergemus. aduerſus ſerpentiũ ictus efficacia habentur fimum
pecudis recens in uino decoctũ illitumq;.mures diſecti & impoſiti quoꝝ natura nõ eſt ſpenda præ
cipue in aſcenſu ſyderũ ut diximus:cum lumine lunæ fibrarum numero creſcente atq; decreſcẽte tra
dunt magici iocinere muris dato porcis in fico ſequi dantem id animal:in homĩe quoq; ſimiliter ua
lere:ſed reſolui cyatho olei poto muſtellaꝝ duo genera.alteꝝ ſilueſtre.diſtant magnitudine : græci
uocant ictides.harũ fel contra aſpides dicitur efficax:cætero uenenũ.hæc aũt quæ in domibus nr̃is
ob errat.& catulos ſuos(ut auctor eſt Cicero)quottidie trãſfert:mutatq; ſedem.ſerpẽtes,pſequitur.
Ex ea inueterata ſale denarii pondus in cyathis tribus datur percuſſis aut uentriculis coriandro far-
ctus interatuſq; & in uino potus.& catulus muſtellæ etiam efficacius.Quædã pudenda dictu tãta au
ctoꝝ aſſeueratione cõmendantur ut præterire ſas non ſit.Siquidem illa concordia rerũ:aut repugnã
tia medicinæ gignuntur.ueluti cimicũ animalis fetidiſſimi:& dictu quoq; faſtidiẽdi natura cõtra ſer
pẽt morſus & præcipue aſpidũ ualere dicitur.item contra uenena oĩa.Argumẽto ꝙ dicũt gallinas
quo die id ederint nõ interfici ab aſpide.carnes quoq; eaꝝ percuſſis plurimũ ꝓdeſſe. ex iis ꝙ̃ tradũt
humaniſſimũ illinere morſibus cũ ſanguine teſtudinis itẽ.ſuffitu eorũ abigere ſanguiſugas adhærẽ
tes hauſtaſq; ab aialibus reſtinguere i potu datos.Quãq̃ & oculos quidã iis inungũt tritis cũ ſale &
lacte mulierũ.Aureſq; cũ melle & roſaceo amixtis.Eos qui agreſtes ſint:& in malua naſcant̃ crema-
tos cinere permixto roſaceo infundũt aurib⁹.Cætera quæ de iis tradũt:uomicæ & quartanarũ reme
dia:aliorũq; morborũ q̃q̃ ouo aut cæra aut faba incluſos cenſeant deuorandos falſa nec referẽda ar
bitror.lethargi tamen medicinæ cũ argumento adhibent:quoniã uincat̃ aſpidã ſõnifica uis ſepte-
nos in cyatho aq dantes:puerilibus annis quaternos.Et ſtrãguriæ fiſtulæq; ĩpoſuere adeo nihil illa il
la reꝝ oium parẽs ſine ingentibus cauſis ingenuit.quin & aballigatos leuo brachio binos lana ſub
repta paſtoribus reſiſtere nocturnis febribus prodiderũ diurnis in roſaceo panno.Ruſus iis adnet
tur ſcolopẽdra ſuffituq; necat.Aſpides pcuſſos torpe &ſõno necãt omniũ ſerpẽtiũ minime ſanabi-
les.ſed & uenenũ earũ ſi ſanguis attiugit:aut recens uulnus ſtatim interimit.inueteratũ ulcus tardi⁹
De cætero potũ quatalibet copia:nõ nocet.non enim ẽ tabifica uis:itaq; occiſa morſu earũ animalia
cibis inoxia ſunt Contaret in proferendo ex iis remedia.niſi.M.Varronẽ ſcirẽ.lxxxiii . uitæ anno ꝓ
didiſſe aſpidũ ictus efficaciſſime curari hauſta a pcuſſis ipſorũ urina.Bſiliſci:quẽ etiã ſerpentes ipſi
fugiũt alios olfactu necãtẽ:q hoiem uel ſi aſpiciat tãtũ:dicitur interimere:ſanguinẽ magi miris lau-
dibus celebrãs coeũtẽ picis mõ & colore dilutũ cinnabari clariorẽ fieri.tribuũt ei & ſucceſſus peti-
tionũ a poteſtatibus.& a diis etiã precũ:morborũ remedia beneficiorũ munere.quidã id ſaturni ſan
guinẽ appellan.Draco nõ habet uenena.Caput eius limini ianuarũ ſubditũ propitiatis oratiõe diis
fortunatã domũ facere promittunt.Oculis eius inueteratis & cũ melle tritis inunctos non paueſcet
ad nocturnas imagines etiã pauidos cordis.Pingue in melle dorcadũ neruis ceruinis adalligatũ in
lacerto cũferre iudiciorũ &.primũ ſpondilũ aditũ poteſtatũ mulcere.Dentes eius illigatos pellibus
Veneficiẽ caprearũ ceruinis neruis:mites præſtare dominos poteſtateſq; exorabiles.Sed ſuper oia eſt compoſi
tio.qua ínuictos faciunt magorũ mendacia.Cauda draconis & capite illis leonis e frõte & medulla
eiuſdẽ equi uictoris ſpuma canis unguib⁹ adalligatis ceruino corio neruiſq; cerui alternatis & dor
cadis.quæ arguiſſe nõ minus refert.ꝙ̃ contra ſerpentes remedia demonſtraſſe.quoniã hæc morboꝝ
benéficía ſunt.Draconũ adipem uenenata fugiunt.item uirus ichneumonũ.Et cutis cinere in aceto
punctos.uiperæ caput impoſitũ uel alterius ꝙ̃ quæ pcuſſerit:ſine fine prodeſt. item ſi quis eã ipſam
in uapore baculo ſubſtineat.aiunt eũ futura præcinere.item ſi quis exuſtæ eius cinerẽ illinat.Reuer
ti autem ad pcuſſum ſerpentẽ neceſſitate naturæ nigidius auctor eſt.Caput quidem diſſecant ſcy-
thæ:interq; aures eximunt lapillũ quem aiunt ab ea deuorarita.alii ipſo toto capite utuntur . fiunt
& ex uipera paſtilli qui theriaci uocantur a græcis ternis digytis utrinq; an putatis: exemptiſq; in-
quaternis teraneis & liuore ſpinæ dhærente:reliquo corpore in patina ex aqua & aneto diſcocto:ſpiniſq; exẽ
ptis & addita ſimilagine:atq; ita in umbra ſiccatis paſtillis:quibus ad multas medicamenta uſũt : Si
gnificandũ uidetur e uipera tãtũ hoc fieri.quidã purgate ut ſupradictu eſt adipem cum olei ſextario
decoquũt ad dimidias.ex eo cum opus ſit ternis ſtilis additis in oleũ peruuguntur:ut omnes beſtiæ
fugiant eos.præterea conſtat contra omnium ſerpentim ictus quãuis inſanabiles ipſarum ſerpẽtiũ
exta impoſita exiliari.Eoſq; qui aliquando uipere iecur coctũ uſerint:nunquã poſtea feriri ã ſerpẽte
Neq; anguis uenenatus eſt niſi per menſem luna inſtigatus.Sed prodeſt unius comprehenſus:& in